


05

A

2063





DISPUTATIO SOLENNIS
DE VERA CHRISTI
ECCLÉSIA ANTE TEM-
PORA D. LUTHERI, DURAN-
TE PAPATU.

*De cujus positionibus, adjuvante Spiritu Domini, in
inclytâ Academiâ VVittebergensi,*

SUB PRÆSIDIO

FRIDERICI BALDUINI S S.

Theol. Doctoris & Professoris, Pastoris &
Superintendentis.

*Pro Licentiâ consequendi gradum Doctora-
tus respondebit*

M. CHRISTIANUS GILBERTUS
de Spaignart, Torgensis Ecclesiæ Anasinae in Austria
superiore Pastor.

Disputabitur ad diem 4. Julii anno 1617.

WITTEBERGÆ

Iohannes Gorman imprimebat.



05 A 2063

Disputation d. 4. Julij a. 7. mar. usq. ad 12. v. a. 2. pomerid. usq. ad 7.
opponentes: M. Abrah. Heidenreich
M. Paul. Colberg.
M. Paul. Rössel.
M. Andreas Strümpfer
Magnif. Rector D. Henrich.
D. Wolff. Franzig.
D. Balis. Meißner.
M. Jacob. Martini.



IN NOMINE PATRIS, FILII ET
Spiritus sancti, Amen.

THESES

De vera Ecclesia ante tem-
pora B. Lutheri, durante Papatu.

I.

Vivimus jam in anno seculari, ubi mul-
tus passim sermo est de Jubilæo Evangelico, in quo
populus Dei devotâ mente recordatur immensi
illius beneficii, quo Deus præpotentissimus ante
hos ipsos centum annos patriam nostram carissimam Germa-
niam imprimis, & consequenter multos alios populos Europæi
orbis oculis misericordiæ suæ respexit, dum per fidele ministe-
rium *Martini Lutheri* & *uanaq[ue]* tenebras Antichristiani regni
discussit, lucemque Evangelii claro jubate illucescere iussit.
Quod beneficium planè divinum ne ullo unquam tempore ob-
livione deleatur; sed gratâ semper mente recolatur, & ad seram,
si qua futura est, posteritatem propagetur, nostri est officii.

II.

Quàm tristis & planè turbulentus Ecclesiæ status superiori
seculo fuerit; quantis laboribus ac periculis constiterit, illud
Augiæ stabulum à fecibus & quisquiliis Antichristianis repur-
gare; quàm felici cum successu id Beatus Pater Lutherus inter
tot ronchos crepitusque Saranæ ac mundi præstiterit; quàm sæ-
pè iterum post illa tempora divinum illud Reformationis opus
ruinam minitatum; quàm mirabiliter denique à Deo ad hæc
usque

1. *Christi, quod in*
sanctis ad opus
2. *et vobis hinc*
3. *non est opus*
baptismi, in se
4. *sanctis ante*
5. *in seipsum.*

usque tempora conservatum fuerit; hæc omnia alius sunt op̄eræ
ac otii: jam hoc tantum in controversiam venit: Si per ministerium
Lutheri demum Ecclesia instaurata fuit; num ante Lutherum per aliquot
secula nulla extiterit vera Ecclesia, vel, quia hoc absurdum est dicere, ubi &
quanam ea fuerit? Quæ tanè quæstio, & nobilissima est, & hodie in-
ter Pontificios multum agitata, & toti Reformationis operi ma-
gnam afferre lucem potest.

III.

Notum est, quàm scabiosè Romanenses de Ecclesia per Lu-
therum instaurata loquantur. Johannes Pistorius apostata in suo
hodgegerico cap. 4. pag. 83. & 98. dicit, eam ex libero aère ortam, &
novæ fidei Ecclesiam, aus freyer Luft entsprungen/und eine new-
gleubige Kirch. Communiter appellatur hæretica & nova: vide
Bellarm. lib. 4. de Eccles. cap. 5. Quod si ergò ostendatur, ante Lutheri
tempora in Papatu etiam fuisse Ecclesiam Lutheranam, omnes
istæ calumniæ in fumos abire necessum erit, & de veritate no-
stræ Ecclesiæ constabit. Quod ut feliciter expediatur, tria nobis,
Bono cum Deo, demonstranda sunt: 1. Papatum non esse, nec fuisse un-
quam Ecclesiam veram. 2. In Papatu semper Deum conservasse Ecclesiam
veram. 3. Vbinam & quæ fuerit illa Ecclesia.

IV.

Papatum voco hierarchiam illam Ecclesiasticam sub uno
capite visibili, quem Pontificem Romanum vocant, & Vicarium
Christi fingunt; cujus manus contra omnes, & omnes contra
ipsum; qui quidem solus superbo Ecclesiæ Catholice titulo ca-
put inter nubila condit: sed quòd Ecclesia vera non sit, facile ad-
duci poterit, ut credat, qui sequentia argumenta ponderaverit.

V.

2. Membrum,
Papatum non
esse vel fuisse
Ecclesiam ve-
ram.

Veram Ecclesiam ædificat Paulus super fundamentum
Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Jesu
Christo, Ephes. 2, 20. hoc est, remittit eam ad Propheticam &
Apostolicam Scripturam, quæ ubi in honore habetur, reverenter
tractatur, & purè prædicatur, ibi est vera Ecclesia Christi. Ideò
Deus in Veteri quoque Testamento hac notâ populum suum
signavit, quòd non ad inventionibus suis indulgeat, sed præce-
pris Domini invigilet: Hac est sapientia vestra coram populis, inquit

Verbi, &
satis est
notum
Ecclesiam
notum, et
notum.

Domini
Domini
Domini

Dominus, ut audientes universa præcepta hæc dicant: ex populus sapiens & intelligens, gens magna: neq; est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos sibi appropinquantes, sicut Deus adest cunctis obsecrationib. nostris Deut. 4, 6. Et Christus in Novo Testamento: si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem Joh 8, 31. & oves suas nominat, quæ vocem ejus audiunt, vocem autem peregrini non agnoscunt, Joh. 10, 5. 16.

VI.

Hinc est illud August. de unitate Ecclesiæ cap. 16. Remotis omnibus talibus, Ecclesiam suam demonstrant, si possunt, non in sermonibus & rumoribus Afrorum, non in Concilijs Episcoporum suorum, non in literis quorumlibet disputatorum, non in signis & prodigijs fallacibus: quia etiam contra ista verba Domini preparati & cauti redditi sumus: sed in præscripte legis, in Prophetarum prædictionibus, prædicationibus, in Apostolorum laboribus, id est, in omnibus canonicis sanctorum librorum autoritatibus. Augustino adtipulatur Chrysof. homil. 49. in cap. 24. Matth. Cum videritis heresim impiam, ait, stantem in locis sanctis Ecclesiæ, tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, hoc est, qui sunt in Christianitate conferant se ad Scripturas. Quia ex quo heresis obtinuit Ecclesias, nulla probatio potest esse veræ Christianitatis, neq; refugium Christianorum aliud volentium cognoscere veritatem fidei, nisi Scripturæ divinæ. Nolo humanis documentis, sed divinis oraculis Ecclesiam sanctam demonstrari.

VII.

Jam verò nullo negotio ostendi potest, Papatum non esse ædificatum super fundamentum Prophetarum & Apostolorum, nec habere verbum purè prædicatum, quia contemnit illud, contradicit ei, & Papæ vel Ecclesiæ autoritatem præponit. Contemptus Scripturarum arguitur ex eo, quod Pighius scribit contro. 3. de Eccles. scribentes Apostolos interdum errasse & dormitasse ut homines. Andradius Scripturas indigitavit nasum flexibilem, Melchior Canus judicem mortuum, Stephanus Paletz rem inanimatam, quæ per se non loquatur, Florobellus mutam & elinguem, qualem etiam Jacobus Gretserus fecit, & Scripturam & ipsum Spiritum S. in proximo colloquio Ratisbonensi, Petrus a Soto rem parvi aut nullius momenti, cui cum Spiritu S. nihil sit commercii, literã occidentem, non hominũ cordibus, sed tabulis & membranis mandatum: Canisius mutilam, mancam, & nasum cereũ, non

Psalm 147, 19
omni nationi
Fama est
signis & prodigijs
hæc non sunt
falsitatem
vultu & signis
non. Pontif. de
concordis nostras
sunt p. p. p.
Hæc in Confess.
Bellar. ait quæ
veritas, & illi
de ipsa gente,
similia cum non
p. p. p. h. q. de ec

Jus Can. de p.
Nunc ex quo in
sicut in Roman
exis astantia
sacerdote, & visio



prætenfam certam aliquam & infallibilem sententiam, sed quæ in quamvis interpretationem flecti queat. Alii vocarunt materiam litis, atramentum sutorium, Sphynxis ænigmata, Protagoræ principia, Sibyllæ folia, regulam plumbeam, &c. & Brentius in *Prolegomenis* testatur, suo tempore in quibusdam cœnobiis, & præsertim in conventu puellarum monialium, usitatum fuisse hoc ænigma; ut interroganti: Qua in re sita esset religio Lutherana? responderetur; in laceris panniculis: quo responso Scriptura sacra tantum pro re chartacea habebatur, quippe ex tritis lacerisque panniculis confecta. *Volfius centenar. 16. memorabil. fol. 623. scribit*: Episcopum quendam aliquando ita prorupisse: Scitisne, quid ego cum Epistolis Pauli agerem, si eas solus haberem? sub rosa dictum sit, in ignem eas conjicerem. Ehem tunc dirutum omne armamentarium Lutheranorum jaceret. Egregia scilicet reverentia erga verbum Domini! & qui quæso talia scommata, ne quid dicam gravius, cum fundamento Prophetarum & Apostolorum, vel cum purâ prædicatione verbi consistere queunt?

VIII.

Contradictionem sacrarum literarum manifestam fovet Papatus: nam cum Scriptura dicit, hominem justificari fide non ex operibus, Rom. 3, 27. Gal. 2, 16. Eph. 2, 8. Papatus non tantum contradicit, sed & anathemate ferit, opera hominis à justificatione excludentes *Concil. Trident. sess. 6. can. 9.* Scriptura docet, fidem cum peccatis contra conscientiam stare non posse, hæc enim sunt opera mundi, quem vicit fides, 1. *Ioh. 5. 4.* sunt opera tenebrarum, quæ opponuntur fidei, *Iohan. 3. 19.* sunt opera carnis, quæ opponuntur operibus Spiritus sancti in fidelibus, 1. *Cor. 6. 9. Ioh. 3. 16.* Papatus vero habet fideles fornicatores, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, avaros, ebriosos, maledicos rapaces, ceterosque omnes, qui talia committunt peccata. *Concil. Trid. sess. 6. cap. 15.* Scriptura peccatum originis propriè peccatum nominat, quod homines morti addicit, æquè ac eos, qui in similitudinem prævaricationis Adæ peccarunt, *Rom. cap. 5. 14.* concupiscentiam etiam in tenatis residuam ut peccatum verè & propriè sic dictum datat in nono & decimo Præcepto. Confer loca *Matth. 5, 29. Rom. 7, 7.* Papatus hanc senten-

logia D. Joh. Anthonii
in Roma
Luce, in y. Bon-
Pauli. optas. Soms.
explorant.

in Genes. 1. 1.
nihil extra nihil
non plus opus
al. 1, 8.

sententiam anathematis fulmine perstringit. Ita enim habet
Concil. Trident. sess. 5. decret. de pecc. orig. Hanc concupiscentiam, quam ali-
quando Apostolus peccatum appellat, sancta Synodus declarat, Ecclesiam Ca-
tholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quod verè & propriè in-
renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Si
quis autem contrarium senserit anathema sit. Christus in institutione
sacræ Eucharistiæ omnes jubet ex calice bibere. Papatus aper-
tè contradicit in Concil. Constantiensi sess. 3. quod nimirum, licet
Christus utraq; specie panis & vini, Sacramentum hoc véné-
rabile administrarit, tamen hoc non obstante, Ecclesia Roma-
na definiat, solis sacrificulis sub utraque, Laicis autem sub una
tantùm specie esse porrigendum. Quod decretum Concilii Gre-
gor. de Valent. vocat contrariam Ecclesiæ dispositionem; con-
trariam videlicet institutioni Christi, Similem antithesin Scri-
pturæ & Papatus in aliis articulis vide in primis part. 2. recus. Con-
cil. Trid. causa 8. p. 101. seqq. Quæ ergò puritas verbi divini? quod
fundamentum Prophetarum & Apostolorum ibi quærendum, ubi
tam audacter Scripturæ contradicitur?

IX.

Quod Papæ & Ecclesiæ autoritas Scripturæ præferatur, ex
communi Papicolarum doctrina constat, qua Ecclesia dicitur
esse supra Scripturam, quòd Scripturæ autoritas tantùm pendeat
ab Ecclesia, & quòd Scriptura non possit esse mensura fidei &
norma controversiarum religionis. Hinc Pighius scribit lib. 1. de
hierarch. Eccles. cap. 2. Omnis quæ nunc apud nos est, Scripturarum autori-
tas, ab Ecclesiæ autoritate necessario dependet, contra sentientes vocat
Scripturarios. Eckius in Enchir. de autor. Eccl. resp. 3. ad object. hereticor.
ait: Ecclesiam esse Scripturis antiquiorem, & Scripturam non
esse authenticam, nisi Ecclesiæ autoritate: quam responsionem
in margine vocat Achillen pro Catholicis. Nicolaus Cusanus epist. 2.
ad Bohem. scribit: Scripturas esse ad tempus adaptatas, & variè
intellectas, ita ut uno tempore, secundùm universalè ritum Ec-
clesiæ exponeretur, mutato ritu, iterum sententia mutaretur. Her-
mannus quidam impudentissimus Papista affirmat, Scripturas tan-
tum valere, quantum fabulæ valent Æsopiæ, nisi Ecclesiæ acce-
dat autoritas: quod ipsum ut piè dictum defendit Hofius lib. 3. de
autor.

Per eundem ind.
colliguntur indici
Joh. Bullam. l.
cap. 2. f. 1. p. 1.
indici aut. apud
com. cons. l. 1. m.
et. h. ep. f. 1. p. 1.
l. 1. m. 1. p. 1.
in Rob. princip. f.
p. 6. p. 900.

Regis Gullicij Ausp.
Dicit publico Consilio
novum ob Lusitanos
combussisset: not.
Wolffio part. 2. con.

autor. Scriptura contra D. Brentium. Hujus forfuris est, quod in
nupero Colloquio Ratisbonensi Tannerus eructavit: Nulla fuit un-
quam hæresis, quæ ex sola Scriptura potuerit refutari, exclusa autoritate Ec-
clesiæ sess. 8. fol. 203. edit. Laving. Et in Actis præparatoriis ad Collo-
quium scribebatur à Jesuitis Bavaricis: fontem & scaturiginem
esse omnium hæresium & confusionis Babylonicæ, si quis statue-
re vellet, nihil in causa religionis esse credendum, & in cultu fa-
ciendum, quod non vel expressè contineatur in sacris literis, vel
per bonam consequentiã inde deduci queat. Huc pertinet, quod
Pighius Paulo III. Pontifici suasit & monuit in Assert. Eccles. hier-
arch. Non esse cum Lutheranis ex Scriptura disputandum, ex hac enim ra-
tione plus damni quàm commodi accepisse hætenus Pontificiorum Ecclesiam:
sed simpliciter ponendum hoc principium: Quidquid Pontifex Romanus cum
sua caterva decernit, statuit, & proponit, statim amplectendum & firmiter
credendum esse, sine ulla inquisitione, an consentaneum sit sacræ Scripturæ,
an verò manifestè pugnet. Et lib. 1. cap. 4. affirmat, ad traditiones potius
provocandum esse, quàm ad Scripturas: Si hujus doctrinæ memores fuisse-
mus, inquit, meliore sanè loco essent res nostræ: sed dum ostentandi ingenij
& eruditionis gratia cum Luthero in certamen descenditur Scripturarum,
excitatum est hoc, quod, proh dolor, vidimus incendium. Hæc certè emble-
mata omnia, Scripturæ autoritatem enervant, & de puritate sua
deturbant: nihil enim sinceri relinquitur in divinis, ubi huma-
næ autoritati imperium permittitur.

X.

Sacramenta
nuptiarum
et in eorum

Cum puritate verbi divini coheret legitimus Sacramentorum à Christo institutorum usus. Sunt enim Sacramenta verbum visibile, & tessera Scripturæ, ita ut unum istorum duorum absque corruptione alterius depravari non possit. Hinc est illud Augustini epist. 118. Sacramentis numero paucissimis, observatu facilimis, significatione præstantissimis, societatem novi populi colligavit, sicuti est Baptismus, Trinitatis nomine consecratus, communicatio corporis & sanguinis ipsius. Infallibiter ergò concludimus, quòd ibi Ecclesia vera non sit, ubi nec sunt Sacramenta à Christo instituta, (ideò Concil. Tridentinum etiam anathema dicit negantibus Sacramenta novæ legis omnia à Jesu Christo esse instituta, sess. 7. can. 1. quod & defendit Bellar. lib. 1. de sacram. in gen. cap. 23.) nec quæ ab ipso instituta sunt, legitimè & juxta institutionem Christi administrantur.

XI. Jam

XI.

Jam verò in Papatu quinque Sacramenta obtruduntur Ecclesiae, quæ institutione Christi carent, *Confirmatio* nimirum, *Pœnitentia*, *Ordo*, *Matrimonium* & *Extrema unctio*, de quorum plerisque fateatur *Bellarminus*, quòd eorum institutio & mandatum non habeatur expressè in Scripturis, sed ex locis aliis colligatur *lib. 2. de effectu sacram. c. 24.* Et si ficticia illa Sacramenta habēt fundamentum in institutione ac mandato, quorsum opus est tam ridiculas allegare causas numeri septenarii Sacramentorum Novi Testamenti? exempli gratia; *Septem Sacramenta sunt, quia Sacramenta ordinantur contra triplicem culpam & contra quadruplicem pœnam; item sacramenta expediunt nos ad actus virtutum, quæ sunt septem, tres Theologicae, & quatuor Cardinales, item sacramenta sunt septem secundum septem diversitates hominum in Ecclesia, intrantium, pugnantium, vires resumentium, resurgentium, errantium, ministrantium, novos milites introducentium: de quibus ratiunculis vide Scrutinium sacerdotale tract. 2. pag. 9. & 10.* Quorsum opus est his nugis, si omnia septem à Christo sunt instituta ac præcepta?

XII.

Sacramenta ἀναμφιλέκτως à Christo instituta, duo sunt: *Baptismus* & *Cæna Domini*, quorum administratio in Papatu non est legitima. Nam Baptismum quod attinet, certum est, quod ritibus hujus Sacramenti efficacia tribuatur planè magica, expellendi nimirum Diabolum: unde *Bellarmin. lib. 1. de sacram. Baptis. cap. 25.* Verbis Exorcismorum pelluntur dæmones, & *Gregor. de Valent. scribit disput. 4. quæst. 6. tom. 4. fol. 845.* effectum illum habere ceremonias Exorcismi non tantum significando, sed etiam efficiendo. Et *Toletus lib. 2. casuum consc. cap. 23.* Exorcismo tribuit abjuramentum & increpationem maligni Spiritus, qui expellatur & arceatur à baptizando. De qua efficacia vel Baptismi vel Ceremoniarum ejus nihil novit Scriptura.

XIII.

Substantialia Baptismi in praxi magnam partem relinquuntur quidem integra: baptisatur enim in papatu (quantum quidem publicè constat) juxta institutionem Christi; in nomine
B
Patris,

Patris, & filij, & Spiritus sancti; disputant tamen, annon addi possit Beata Maria, id quod probabile putant. Ita enim scribit *Fabius Incarnatus* S. Theol. Professor Neapolitanus in scrutinio Sacerdotali tract. 2. de Baptis. pag. 18. *Probabilius videri quod sit Baptismus, si dicatur: Baptiso te in nomine Patris, Filij, Spiritus sancti, & Beate Marie, & additur ratio, quia hic additio Beate Marie non sit corruptivum formæ Baptismi.* Quid verò est corrigere institutionem Christi, corrumpere formam Baptismi, & tollere legitimam Baptismi administrationem, si hoc non est? Nam si personis sacrosanctæ Trinitatis addenda est B. Maria, in actu Baptismi, cur non in eam etiam credimus? Sicuti enim baptisati sumus, ita credimus, ut rectè olim collegit D. Basilius: & cur neque Christus ita baptisari iussit, neque Apostoli unquam ita baptisasse leguntur? Nimis crassa hæc est Baptismi depravatio.

XIV.

Quomodo Cœna Domini in Papatu suis in substantialibus corrumpatur, dum altera pars laicis eripitur, & pro arbitrio Ecclesiæ Romanæ personis nonnullis iterum permittitur, (de quo prolixè disputat *Gregor. de Valentia lib. de legit. Euchar. usu cap. 10.*) omnibus constat; ita ut his diutius immorari opus non sit. Satis planum est, Sacramenta etiam in Papatu esse corrupta & magnam partem adulterina, ac proinde Papatum ipsum ab honorifico titulo Ecclesiæ veræ, quæ ex verbo & Sacramentis nascitur, & per eadem alitur ac conservatur, alienum.

XV.

Accedit, quod Papatus quamplurimos veterum hæreticorum errores & probat, & ab orco quasi revocat, quod Ecclesia vera non facit: ea enim est columna & firmamentum veritatis, *1. Tim. 3, 15.* Pharisaismus totus in Papatu jampridem fuit redivivus, sive cultum Dei, quem in nundinationem utrobique convertebant; sive dogmata, quæ utrobique Patrum traditionibus nitentur, scriptis Prophetarum adversa; sive defensionem dogmatum, quæ utrobique ex inani gloriatione de nescio qua successione, ex inanibus ratiunculis, ex Conciliorum decretis, petebatur; sive denique vitam ac mores, ex hypocrisi, dolo ac violentia confutos, consideres: certè ovum ovo similis non est, ac Papatus Pharisaismo

saismo: id quod in primis D. Hunnius p. m. prolixè ostendit præfat.
in Exam. 1. controv. Bellarminiana. XVI.

Non minor est consensus Papatus cum reliquis nobilio-
ribus hæreticis, cum *Simonianis* res sacras & actus spirituales vè-
dunt Pontificij, coram imaginibus procidunt, devotè eas ve-
nerantes, traditiones jactant, scripturas accusant. Cum *Saturni-
nians* matrimonium & esum animalium prohibent. Cum *He-
racleonitis* extremam unctionem morientibus conferunt.
Cum *Helcesaitis* sacra sua linguâ ignotâ peragunt. Cum
Archonticis peculiare Angelorum ordines fingunt. Cum *Encrati-
tis* continentiam jactant. Cum *Marcionitis* per Christi descen-
sum ad inferos quorundam animas inde ereptas & liberatas
somniaut, & virginitatem perpetuò inculcant. Cum *Monta-
nistis* insufficientiam scripturarum, leges inimicorum, prohibi-
tionem nuptiarum, dissolutionem conjugij docent. Cum *No-
vatiensis* dubitationem de remissione peccatorum urgent. Cum
Samosatenians omnem veram ac realem idiomatum communi-
cationem in Christo negant. Cum *Manichæis* angelorum cul-
tum renovant, Biblia averfantur, peccatum non nisi volunta-
rium esse, certorum ciborum prohibitionem docent, in electis
suis, hoc est, sacerdotibus nuptias criminantur, & in commu-
nionem sacra alteram tantum speciem habent. Cum *Donatistis*
Ecclesiam ad se tantum adstringunt, vera Ecclesiæ membra
pura & sine peccato propriè sic dicto esse somniât, verbi & Sa-
cramentorum vim à ministri intentione & dignitate suspen-
dunt. Cum *Eunomianis* de decalogo contra decalogum mul-
ta enormia errata docent. Cum *Andianis* peccata & quævis
licet ridicula & pudenda sibi narrari volût, & de non detectis
remissionem non donant. Monachi cum *Messalianis* seu *Eu-
chetis*, se solos spirituales nuncupant, & in nocturnis diurnisq;
cantonibus, ac precibus animarum salutem ponunt. Idem
cum *Catharis* mundiores se cæteris prædicant, & in operibus
confidentiam habent. Cum *Nudipedalibus* nudis incedunt
pedibus. Cum *Priscillianistis* revelationes jactant, conjugium
contemnunt, mendacia religionis causa, ut & periuria licita
contendunt. Cum *Collyridianis* Mariam virginem, religiosè
colunt.

Francis. P. m.
5 514 v. m.
moniam omni
v. longior

Pontifex
Marcellinus
Libertus
Anastasio
John 23. n. p.
ch. 2. c. 1.
P. m. m. l. v.
v. 2. 1. 1. 1.
v. 2. 1. 1. 1.
v. 2. 1. 1. 1.
v. 2. 1. 1. 1.

colunt, Cum Pelagianis statuunt, primum hominem fuisse mor-
 riturum, etiamsi non peccasset, neq; mortuum merito culpæ,
 sed conditione naturæ; homini post lapsum in divinis liberum
 arbitrium concedunt; Ethnicos saniores salvatos esse credunt;
 peccatum originale in infantibus tollunt, concupiscentiam
 post baptismum reliquam peccatum esse negant, hominem di-
 vine legi satisfacere posse, & propter bona opera prædestinari
 contendunt. Cum Circumcellionibus eos occidunt, qui suæ
 sectæ adversantur. Et quis omnia hæreticorum monstra re-
 censeat, ex quibus Papatus & nervos & animam suam hausit?
 qui plura desiderat, legat *Matthæum Sutlivium de vera Christi Eccle-*
sia cap. 16. Et *Meisnerum nostrum in Ancilesio part. 3. pag. 577. seqq.*
 Sed profectò hoc veræ Ecclesiæ proprium non est, in qua
 hujusmodi portenta opinionum, solidè refutantur. Ideo
 & *Bernhardus* super Psalmum *Qui habitat &c.*, & *Anselmus* Episcopus
Havelbergensis in *Morchia* ante annos 400. & amplius de his novi-
 tatibus Romanæ Ecclesiæ conquesti sunt. Bernhardi quere-
 læ ex loco allegato, & ex serm. 6. super Psalm. 91. & ex libro de
 consideratione ad Eugenium Papam notæ sunt. Anselmi ver-
 ba ita habent: *Quare tot Novitates in Ecclesia Dei sunt? quare tot ordi-*
nes in ea sunt? quis memorare queat tot ordines clericorum? quis non mire-
tur tot genera Monachorum? quis denique non scandaliset?
Et inter tot diversas religionum discrepantium formas radio-
so non afficiatur scandalo? imò quis non contemnat Christianam reli-
gionem tot varietatibus subjectam? tot ad inventionibus immutatam? tot no-
vis legibus & consuetudinibus agitatam? tot regulis ac moribus Monachorū
fermè annuatim fluctuantem? Et paulò post scribit, *Monachos in*
Papatu omnia pro suo lubitu nova facere, ipsi sibi sunt lex, inquit, ipsi sibi
sunt autoritas: & quos possunt, in suam societatem sub pretextu novæ legis
colligunt.

XVII.

Denique nec hoc negari potest, quod Papatus multa ex-
 cogitavit dogmata, de quibus Ecclesiæ Apostolorum, & pu-
 riori patrum nihil planè constitit: quod iterum ab Ecclesia
 vera alienum est, quæ in dogmaticis per omnia Apostolicæ Ec-
 clesiæ

clesiæ vestigia premit. Neque enim Ecclesiæ est, nova invenire dogmata, sed inventa, hoc est, à Christo & Apostolis tradita, fideliter custodire, & propagare. Jam pridem vero & auctores & tempora introductorum dogmatum novorum in Papatu annotata legimus. *Primum Romanum Pontificis* plenè introduxit circa annum Christi 607. Bonifacius III. qui Episcopi œcumenici titulum à Cæsaricida Phoca impetravit, non obstante, quod antecessor ejus Gregor. Magnus Antichristi præcursorem nominavit, qui œcumenici Episcopi titulum adfectavit *lib. 4. epist. 39. & lib. 6. epist. 30.* non impediente etiam, quod in tertiâ Synodo Carthaginensi circa annum Christi 399. decretum fuit, ne primæ sedis Episcopus appelleretur princeps sacerdotum, aut summus Sacerdos, aut aliquid hujusmodi, ut habetur in *Jure Canon. dist. 99. cap. Primæ sedis.* *Indulgentias Papales* Polyd. Vergil. ad Gregorium Magnum refert idq; testimonio Johannis Roffensis Episcopi probat *lib. 8. de rerum inventor. cap. 1.* *Jubileum primum* celebravit Bonifacius IX anno 1300. referente Platina. *Transsubstantiationis* commentum pro dogmate Ecclesiæ ante Lateranense concilium an. 1215. habitum, susceptum aut confirmatum non est. Unde Erasmus super 1. Cor. 7. in Synaxi transsubstantiationem serò definivit Ecclesiæ; *Panis consecrati inclusio & adoratio* circa annum 1264; ab Honorio III. invec̄ta est attestante Gabr. Biel super Canonem Missæ lect. 49. *Festum corporis Christi* ab Urbano IV. anno 1264. institutum ac confirmatum est teste Polyd. Vergil. lib. 6. cap. 8. *Purgatorium* serò cognitum ac receptum in Ecclesia fatetur Roffensis contra assertiones Lutheri cap. 18. *Jejunium quadragesimale* ad Telesphorum refertur, ut habetur in *Decret. dist. 4. cap. 4. Butyri, casei, carnis, lactis, ac ovorum usu* jejuniatibus interdixit, ac pisciculis saltem uti permisit Gregor. I. teste Mantuano. *Mixtionem aquæ in Missa* quidam Alexandro tribuunt. *Missam ipsam*, seu totam structuram, verborum, rituum, gestuum, actuum, ornamentorum, quæ sunt quasi de substantia liturgiæ Pontificiæ, tempore Apostolorum haud fuisse, ne quidem Pontificij negant. Apostolos enim ad sola verba Domini, addita solum oratione Dominica consecrasse, fatentur Gregor. in *Registro lib. 7. cap. 65.* *Platina in vita Sixti, Rupertus de divin. offic. lib. 2. cap. 21.*

similia ad inventionum Pontificiarum exempla legat, qui vo-
let, in Examine Chemnitiano, in Mornæo de Eucharistia, in
Zegedino, & alijs, qui talia studiosè comportarunt. Nolo his
immorari diutius, nec plura adferre argumenta, quod Papa-
tus vera Christi Ecclesia non sit: hoc ipsum enim ex his pau-
cis jam liquere iudico.

XIIX.

2. Membrū
Durante
Papatu sem-
per fuit vera
Ecclesia.

Sequitur nunc, ut ostendam, semper, durante Papatu Ec-
clesiam veram fuisse, quæ verbum Dei purum habuit,
regnoque Antichristi, hoc est, Papatui constanter se opposu-
it. Cui adsertioni fidem facilè adhibebit, qui cogitat,
fieri non posse, ut Ecclesia Christi penitus deficiat, quia
promissionem Christi habet, quod portæ inferorum ad-
versus ipsam non sint prævalituræ Matth. 16, ver. 18. præ-
sentiam quoque cum gratia conjunctam (quæ non nisi in Eccle-
sia esse potest) promisit Salvator Matth. 28, 20. & hoc erit fœdus me-
um cum istis, inquit Dominus Esa. 59, 21. Spiritus meus, qui est in te, &
verba mea, quæ posui in ore tuo, nõ recedent ab ore tuo, aut ab ore seminis tui
ex hoc tempore usq; in seculum: & huc summam pertinent omnia
dicta, quæ de perennitate regni Christi loquuntur, ut Luc. 1, 33.
Psal. 45, 7: 48, 9; 89, 37. Dan. 2, 44. & c. quin & nemo salvari posset,
si nulla prorsus esset vera Ecclesia, quia extra eam non est sa-
lus. Hinc Augustinus super illud Psalmi 47. Deus fundavit e-
am in æternum, Sed fortè ista civitas (Ecclesia) quæ mundum tenuit, a-
liquando evertetur? Absit, Deus fundavit eam in æternum. Si ergo Deus
fundavit eam in æternum, quid times, ne cadat firmamentum? Sed non
est necesse pluribus hæc confirmare, cum Adversarij non ne-
gent: ideo Martinus Becanus Jesuita peculiari capite contendit
Ecclesiam deficere aut perire non posse, in tract. de Eccl. Rom. con-
clus. 6.

XIX.

Deinde necessariò evincit hoc perpetua conjunctio Chri-
sti cum Ecclesia, tanquam capitis cum membris suis. Si ergo
durante Papatu Ecclesia vera non superfuisset, Christus à per-
enni ista sua conditione exiisset, hoc est, caput Ecclesiæ & Ser-
vator corporis sui esse desiisset, quod à veritate prorsus alienū
est.

my durat v-
re Aplice (hæc
non sunt
prode tuum (2
munit) homin
s alij illis p-
his vult alij cu

est. Necessario ergo danda est Ecclesia vera etiam tum, cum
Papatus densissimis tenebris orbem terrarum involvit.

XX.

Adde quod hoc articulorum fidei integritas & veritas re-
quirat. Credimus Ecclesiam veram, sanctam, Catholicam &
Apostolicam: quæ fides labasceret, si durante Papatu Ecclesia
vera non fuisset: & necessaria est continuatio doctrinæ veræ,
quia *verbum Domini manet in aeternum Esa. 40, 8.* ea continuatio
non nisi in verâ Ecclesia fieri potest, quia extra Ecclesiam er-
ror & mendacium est.

XXI.

Præterea Antichristum in templo Dei sessurum prædixit
Apostolus 2. Thess. 2, 4. hoc est, in Ecclesia; seu in medio fide-
um, quia templum Dei non consistit in lapidibus & lignis, sed
in caribus fidelium. Unde Theodoretus scripsit in istum Pauli
locum: *Dei templum Apostolus appellavit Ecclesias, in quibus primam se-
dem arripet Antichristus: & ex Pontificijs Thomas Aquinas lect. 1. in 2.
Thess. 2. Exponitur in templo Dei (inquit) hoc est, in Ecclesia, quia multi
de Ecclesia illum recipient; & Iohan. Ferus Monachus Moguntinus in cap. 24.
Matth. Templum Dei in mundo fidelium Ecclesia est: in hoc templo futuram
prædicit Christus abominationem antequam mundus finiatur. Quod ob-
servandum est contra alios, qui templum illud, in quo se debet
Antichristus, de templo Hierosolymitano ἀναδεύτως expo-
nunt, ut Bellarm. lib. 3. de Rom. Pont. cap. 12. & Gasp Sciopius
in Syntag. de Antichr. cap. 1. Si ergo Antichristus in Ecclesia
verâ, quam Paulus domum Dei viventis nominat 1. Tim. 3, 15. ses-
surus est: ergo, durante regno Antichristi, (quod Papatum esse,
alibi demonstravimus) Ecclesiam veram esse, necesse est.*

XXII.

Accedit deniq; evidentissima hujus rei prædictio, man-
suram nimirum sub Antichristi regno veram Christi Ecclesiam
Hoc ipsum enim voluit Propheta Daniel, quando cap. 11, 41. de
Antichristi manibus solas illas gentes salvandas perhibet, E-
dom, Moab, & principium filiorum Ammon. Quibus nomini-
bus sensu mystico eam Ecclesiæ partem intelligit, quæ licet
graviter pressa tyrannide Antichristi, verè tamen Deum agno-

* — Hebr. E-
dom, Moab, &
cap. 11, 41. de
Esd. 23, 19: 34,
23, 10. Num. 15,

VIT,

clavis & sua locum Angelus ap. Danielem de
vobis postremi seculi: quæ ante adhuc obijura-
teba Dan. 12, 4. unde Jerem. lib. 4. cap. 43. 5. 15
Prophetia quibus laborum officina quædam

Keller in colligiti
dicitur non sicut
Judæis non de,
missis ostendit
non ab ex Ammon

vit, & per fidem in Christum salvata fuit, quemadmodum
Theodoretus, & alij patres explicarunt.

XXIII.

Cum ergo de Ecclesia utrobique in confesso sit, quod in
Papatu fuerit, & verò ex præcedentibus satis manifestum, Pa-
patum ipsum Ecclesiam veram esse non potuisse: restat tertium
instituti nostri membrum, ut ostendamus, hanc ipsam, quæ ab
instauratore suo *Lutherana* vocatur, tunc temporis fuisse, illam
ipsam veram Ecclesiam, de qua agimus, extra quam salus nulla
est, & ad quam omnes confugere oportet, quotquot sincero
solatio in afflictionibus frui, quotquot piè vivere, & beatè
mori cupiunt,

XXIV.

Ridiculum hoc videtur Pontificijs, qui nihil magis in o-
re habent, quàm quod Ecclesia nostra nova sit, ex libero quasi
aëre oriunda, nulla durationis laude gaudens, ac proinde hæ-
retica, falsa, fugienda: id quod imperitis satis speciosè exag-
gerare solent, subinde clamitantes: an nos tot sanctis patribus
sapientiores doctioresq; simus? an omnes qui ante Lutherum
vixerunt, damnemus? & quæ sunt hujus generis alia. Neque
diffitemur, difficile admodum esse contrarium persuadere ijs,
quibus Pontificiæ idolomania caligo oculos aliquandiu fas-
cinavit, idq; tribus de causis: 1. quia plerunq; veritas mul-
tipliciter premitur, & quasi latitare cogitur. 2. quia pauci
eam amplectuntur, pauciores intelligunt. 3. quia non ita
conspicitur, nec omnium oculos in se convertit, sicut Pontifi-
cia turba cum suis crucebus, triplicatis coronis, tam varijs ga-
leris, tam pretiosis ornatibus, tam prodigiosis vestibus, & dis-
coloribus cucullis, tantis boatuum latratibus, tantis campa-
norū tonitruis, tantis denique ac tot pompis & triumphis, ita
ut cum etiam adsit vera religio ac doctrina, ob humilem in-
conspicuaq; speciem vix adesse sciatur aut sentiatur.

XXV.

Sic ergo statuimus, *Lutheranam Ecclesiam* in Papatu
semper fuisse, quin & priusquam ulla Papatus mentio esset in
orbe terrarum; quia doctrina Lutheri, qualis nunc in nostris
sonat

3. Membrū

Quenam

fuerit Ec-

clesia vera

durante

Papatu.

Ad. 24. 5.

sonat Ecclesiis, semper ab Apostolorum tempore audita fuit, ita ut non dubitemus Ecclesiam hanc suo sensu Romanam appellare, quia cum doctrina Apostolica in Epistola Romanis inscripta esse congruit: unde firmiter colligimus, Ecclesiam Lutheranam veram esse Ecclesiam, quae nunquam defecit. Sed haec Ecclesia, quamvis ad annum ferè sexcentimum post Christum natum, quò ad fundamentum fidei, pura mansit atq; incorrupta, postea tamen, crescente Pontificis regno, subinde in doctrina & moribus facta est deterior, ut augescentibus erroribus & abusibus, indies minus ac minus pristinae in ea sinceritatis integritatisque remanserit.

XXVI.

Unde fit, quòd non semper eadem facies fuit Ecclesiae, durante Papatu: nam tum temporis partim latuit, partim manifesta fuit: hoc est, partim hominibus ignoti, Deo verò probè cogniti fuerunt, qui doctrinam verè Lutheranam de fundamentalibus fidei articulis, imprimis de Justificatione nostri coram Deo, amplexi sunt, partim manifesti fuerunt, quorum aliqui doctrinam illam palam professi Papae Romano tanquam filio perditionis animosè contradixerunt.

XXVII.

Latuit Ecclesia, primùm quò ad publicum ministerium, quod omninò purum & incorruptum non fuisse, libenter concedimus; sed hoc puritati doctrinae derogare nihil potest. Nam puritas verbi esse, purè quoque praedicari potest verbum, etiamsi interpretatio ejus pura non sit: praedicatur n. Evangelium, etiam, quando legitur ab haereticis: exempla vide Matth. 23, 3. Luc. 11, 1. Act. 15, 21. Apoc. 1, 2. Sic interpretes Biblici in Papatu erant valde corrupti, textus tamen Biblicus relinquebatur sincerus, quidum legebatur in pericopis Dominicorum Evangeliorum & Epistolarum, in historia passionis Dominicae, in textibus funebribus; tunc verbum purè praedicabatur. Sæpè enim aures auditorum puriores fuerunt, quàm labia Sacerdotum.

XXVIII.

Idem accidit sub initium Novi Testamenti, ante Johannis Baptistae ministerium, ubi Sacerdotum, Scribarum & Pharisaeorum

August. q.
palma ad m.
et alibi q.
Sponsus f.
culis apper.
Ecce nunti.
gravis est
lit.

Exod. 16;
i. h. h. h. h.
mag. g. g. g.
et in h. h. h.
in qua v. v. v.
n. n. n. n.
o. o. o. o.

Sunt aut.
Paulus q. q.
S. S. S. S.
quod p. p.
ad h. h. h.

in tempore
S. S. S. S.
P. P. P. P.
M. M. M. M.
D. D. D. D.



ſæorum ministerium erat corruptiſſimum, adeò ut ſub ordi-
narijs, ſed cæcis his doctoribus populus aſſimiletur ovibus per-
ditis & omni paſtore deſtitutis *Matth. 9. 36* & paſtores ipſi fures
& latrones appellentur *Iohan. 10, ver. 8.* nihilominus tamen lex
Moſaica, quam legebant in Synagogis, erat ſincera, quam pro-
pterea Chriſtus obſervare jubebat *Matt. 23, 2.* & Eccleſia erat ve-
ra, ſub corrupto latitans ministerio.

XXIX.

Sic à tempore Jeroboami ad abductionem decem tribu-
um non fuiſſe in regno Iſraëlitico ministerium ſacerdotum
piorum, ex historia illorum temporum conſtat. *2. Par. 15. ver. 3.*
idem in regno Jeroboam ſub Joram & Achazo impijs regibus
accidiſſe certum eſt: neq; tamen vel puritatem verbi, vel Eccle-
ſiam veram intercidiffe, ſtatuendum eſt. Idem ergo ſub Papa-
tu etiam evenit, modò ipſa verbi puritas, quam & ex doctori-
bus aliqui, & ex auditoribus quamplurimi, ſimplici animo re-
tinuerunt, à corruptelis interpretum diſcernatur.

XXX.

Latuit deinde Eccleſia in perſonis, qui corruptelis inter-
pretum nunquam ad ſenſum præbuerunt, licet palàm non cõ-
tradixerint. Tales fuit in primis ſimplex popellus, in quo
proverbij loco circumferebatur, *Kompt dir gnad von Rom / ſo
zibe du den Sefel zu /* quiq; ſimplici fide Chriſto Salvatore uni-
co adhærentes ad inventiones hominum negligebant, & ipſi-
us merito innixi tandem ſalutariter vitam finierunt. Quam
ad rem, præter pericopas Evangeliorum & Epistoſularum Do-
minicalium, ut & doctrinam paſſionis Dominicæ, uſi quoque
ſunt Hortulo animæ, ex quo artem bene beateq; moriendi di-
dicerunt. Qui liber etiam à Pontificiis commendatur. De eo
n. Caſpar Ulenbergius ſcribit in lib. quem anno 1589. edidit, qui-
bus de cauſis ad Catholicos redeundũ ſit & c. *cauſa 14.* Invenio librũ
quendã, inquit, in ſacrario parochiali Eccleſiæ meæ (Coloniensis) ſcriptũ
anno ſalutis 1475. quo ſemper ab eodem tempore in viſitandis & ad mor-
tem præparandis uſi: in eo quæſtiones aliquot reperiuntur in linguam ger-
manicam converſa, morituris proponenda. Poſtrema inter eas hæc eſt:
*Credis non poſſe ſalvari niſi per mortem Chriſti? Reſpondet inſirmus, Et-
iam*

*ſic dicit Aug.
Elyon fuerit.
& Corina tibi &
hijoni, ut videret
don di ſingulor
una facti*

*2. Par.
4.*

iam: tum illi dicitur: Age ergo dum superest in te anima, in hac sola morte fiduciam tuam constitue, in nulla alia re fiduciam habe, huic morti te totum committe, hac sola te totum contege, totum immisce, te in hac morte totum involve. Et si Dominus Deus tuus voluerit te judicare, dic: Domine mortem Domini nostri Iesu Christi objicio inter me & tuum iudicium. Si dixerit tibi, meruisti damnationem, dic: Domine mortem Domini nostri IESU CHRISTI, obtendo inter te & mala merita mea, ipsiusq; meritum offero pro merito, quod ego debuissim habere, nec habeo. Dialogismus hic petitus est ex instructione Anselmi Archiepiscopi Cantuariensis, qui circa annum Domini 1094 floruit. Unde apparet, jam tum etiam magni nominis viros in fundamento fidei à Papatu abhorruisse.

XXXI.

At verò regerunt Pontificij, latentem illam Ecclesiam nullam esse: quia Ecclesia semper in sole posita est; & de latetium illorum Christianorum religione nemo certi quid adfirmare potest: nam, quod latet ignotum est: vel, si mussitant contra Papatum, non omninò latent, sed hypocritæ sunt, putrida visibilis Ecclesiæ membra, neq; calida neq; frigida. Hoc nimirum ariete latentem illam Ecclesiam se evertisse putant, ac proinde urgent, ut & locum & personas ostendamus, quæ ante B. Lutherum Ecclesiam Lutheranam constituerint, & à Papatu alieni fuerint.

XXXII.

Locum & personas illas nominabimus, infra, quanquam hoc necesse non sit, quia Ecclesia Novi Testamenti, fatente Jesuita Costero in Enchir. cap. 2. de Ecclesia pag. 89. certo loco alligata non est, sed per totum mundum dispersa. Ratiunculæ verò adductæ sententiæ nostræ nihil derogant. Promisit quidē Christus Ecclesiæ suæ lucem & splendorem, sed splendor si i regis ab intus est, inquit Regius Propheta Psal. 45, 14. consistens in illuminatione cordis, verâ Dei agnitione, salutari fide, apprehensione vitæ æternæ: & ita semper splenduit Ecclesia, etiam sub jugo tyrannidis pressa. Extrinsecus autem splendet in statu suo libero, ubi purum habet ministerium, & exercitium pietatis non interruptum; qui splendor persecutionibus & ty-

Die freyheit
Nur im
als es
D. 2. 1. 1. 1.
Jacob Keller
p. 2. 1. 1.

cepta
Gen. 4. 26. in d.
p. 1. 1. 1. 1.
p. 1. 1. 1. 1.
p. 1. 1. 1. 1.
p. 1. 1. 1. 1.
p. 1. 1. 1. 1.
p. 1. 1. 1. 1.
p. 1. 1. 1. 1.
p. 1. 1. 1. 1.
p. 1. 1. 1. 1.

Refusus in Greg. J. Valens tom. 3. c. m. ubi dicitur: et maxime nos hinc Appli fidei abiretione, vnde Greg. in 3. virginis fidei p. mansuet. Petrus n. abij. p. mansuet. f. l. v. c. i.

annide obfuscari potest. Prædixit enim Salvator Ecclesiæ suæ
pressionem sub finem mundi, & tam atrocem afflictionem, qualis
à primordio mundi non fuit, ita ut Filius hominis vix reper-
tus sit fidem in terra, Matth. 24, 21. Luc 18, 8. Similes prædictiones
extant 2. Theff 2, 3. 1. Tim. 4, 1. Apoc. 12, 6: 13, 3, 7, 8, 12, 15, 16, & 6.

XXXIII.

Persecutionis Diaboli
periculosa latet in
corde tu me esse
non veritas fidei
in fidei infirmis
et fidei, sed q. fidei.
non p. fidei, sed q. fidei.
non p. fidei, sed q. fidei.
liber p. fidei, sed q. fidei.

Neq; verò ignoti sunt omni modo, qui latent: novit enim
Dominus qui sunt sui, 2 Tim. 2, 19. & dum ad tempus in silentio &
spe fortes sunt, tandem nimium pressi, clamoribus & ejulatibus
de corrupto Ecclesiæ statu, precibus etiam & suspiriis ad Deum
prodeunt, & sic temporis progressu ex latentibus veris Christia-
nis aperti Confessores martyresque fiunt, parati interim ad red-
dendam rationem ipsi, quæ in ipsis est, omni tempore, cuius-
libet petenti.

XXXIV.

repta l. r. m. s. q.
32. in f. m. v. m. l.
in ad m. d. v. l. m. q.
by ad l. m. v. m. l. m. q.
in q. m. v. m. l. m. q.
in q. m. v. m. l. m. q.
in q. m. v. m. l. m. q.
in q. m. v. m. l. m. q.

Hujusmodi latens Ecclesia erat tempore Eliæ, qui putabat
se in abominatione Baalitica relictum solum, sed reservavit sibi
Dominus septem millia eorū, qui genua corā Baal non flexerunt,
qui quidem Prophetæ erant ignoti, Deus autem illos noverat,
1. Reg. 19, 14, 18. Non erat ibi ministerium publicum, nec publica
confessio, nec tamen vera deerat Ecclesia, quæ latuit, nube persec-
utionum in extremas angustias redacta.

XXXV.

repta l. r. m. s. q.
32. in f. m. v. m. l.
in ad m. d. v. l. m. q.
by ad l. m. v. m. l. m. q.
in q. m. v. m. l. m. q.
in q. m. v. m. l. m. q.
in q. m. v. m. l. m. q.
in q. m. v. m. l. m. q.

Quod exemplum adeò illustre est, ut Pontificii aliud nihil
excipere possint, quàm quòd in regno Samariæ quidem latuerint
aliquot pii, in altero tamen regno Hierosolymitano eodem tem-
pore veram fuisse & conspicuam Ecclesiam, sub regibus Assa ara-
que Josaphat. Sed quò minus hæc exceptio locum habere pos-
sit, tria obstant: 1. Quòd Elias, cum Jez. bel ei mortem minare-
tur, fugit, non in Judæam, sed ultra, in desertum, 1. Reg. 19, 4. haud-
dubiè mansurus in Judæa, si Ecclesiam ibi reperisset. 2. Elias,
cùm peccata populi recenset, meminit inter alia, quòd altaria
everissent, v. 10. cerè non Jeroboami in Samaria, quia nulla ido-
lolatrica altaria eversa queritur: sed altare Domini, quòd erat
Hierosolymis in Judæa. 3. D. Paulus Rom. 11, 3. hoc exemplum
Eliæ citat, quòd sicut tempore Eliæ nulla videbatur inter Ju-
deos

Si maxime in Judæa tempore Eliæ una mansisset facta, dzos
nihil in officio sui arguit: vnde in q. m. v. m. l. m. q.
particularum. In q. m. v. m. l. m. q.

daos reli & Ecclesia, & tamen Deus multa millia sibi reserva-
verat; ita tunc etiam Deum ^{non} abjecisse populum suum, sed reli-
quias quasdam servatas esse. Hæc ergo fuit latens Ecclesia
tempore Eliæ,

XXXVI.

Similis Ecclesiæ status fuit sub finem Veteris Testamenti,
ubi Pharisei, tanquam ordinarii doctores totum ministerium
corruperant, & tamen Deus sibi reservavit aliquos, qui à Phari-
saismo alieni, veram de Christo doctrinam ex scriptis Propheti-
cis rectè tenuerunt, quam & tandem temporis progressu, & re
ita exigente, publicè professi sunt: quales erant Zacharias & Eli-
sabeth, Johannes Baptista Beata Maria, Simeon, Anna, Nicode-
mus, uterque Josephus, & haudubiè multi alii, quorum nomi-
na sacra reticet historia.

XXXVII.

Sic, durante Arianismo, qui horrendi assuevis diluvii in-
star totum Orientem inundaverat, ita ut Hieronymus contra
Luciferianos scribat, *ingemuisse totum orbem, & Arianum se miratum*
esse, vera nihilominus superfuit Ecclesia, sed latens, publico inte-
rim ministerio passim Arianismi fecibus infecto. Athanasius
proscriptus exul erat, reliqui fideles hinc inde dispersi in spelun-
cis ac cavernis tantùm latitabant. Ipse Imperator Constantius
Arianus factus, Liberium Episcopum Romanum ita alloqueba-
tur: Quota pars tu es orbis terrarum, qui solus cum homine scelerato
(Athanasio) & orbis terrarum & mundi partem dissolvis? Cui Libe-
rius tum quidem ingenuè respondit: Non diminuitur solitudine
mea verbum fidei: nam & olim tres inventi sunt, qui ed èto Regis resiste-
rent. Eandem Ecclesiæ pressuram sub Arianismo agnoscunt ex
Pontificiis non pauci, qui externum splendorem, certum lo-
cum, personas certas Ecclesiæ veræ illorum temporum mon-
strare non possunt, ac proinde fateri coguntur, veram Eccle-
siam tam perspicuam semper non esse, ut cunctis indiscretim
appareat, sed latere aliquandiu, donec purior aura veritatis
assullerit.

Sic & de hoc popo
paulo apud
piscinam
vini & dicitur
sol in m, h sub
Sanne
Christo hinc
hinc idem
fuerit ista tota
fuerit, in Jud
cum, & vult de
hinc suggeste, &
sic ex omni, &
vult exprobrare.

XXXVIII.

Quam confessionem Gregorio de Valentia veritas extorsit. qui lib. 6. Anal. sid. cap. 4. concedit, Ecclesiam ijs aliquando errorum, schismatum, persecutionum fluctibus esse agitatam, ut cognitu fuerit difficilis, quod tum maximè accidit, cum Arianorum hæresis dominabatur. Nam eo tempore scripsit Hieronymus contra Luciferianos, Ecclesiæ navem penè obrutam fuisse; & Hilarius pluribus monuit verbis contra Auxentium, non fuisse Ecclesiam tunc temporis in tectis & exteriori pompâ quærendam, sed potius in carceribus & speluncis. Non igitur negamus, quin fuerit aliquo quàm alio tempore difficilius Ecclesiam dignoscere. Hæc ille.

XXXIX.

Quæ verba Valentiani si vera sunt, uti sunt verissima: nemo Pontificiorum nobis vitio vertere debet, quòd Ecclesiam in Papatu latuisse dicimus, ita, ut quàm difficilimè dignosci poterit, quemadmodum adhuc hodiè dubium non est, multos esse in Papatu, qui multis erroribus Pontificiorum in corde suo contradicunt; quò minus hoc apertè faciant, vel superstitionibus inveteratis, vel apertâ violentiâ Papæ impediti.

XL.

Ad hanc latentem Ecclesiam jungimus secundo loco multos, quos in specie & nominatim Ecclesiam veram appellare possumus: quorum aliqui in medio cœtu Pontificiorum, alii quæ extra illum cœtum vixerunt. In cœtu Pontificiorum fuerunt quatuor ordinum homines: *Infantes*: *Confessores*: *Martyres*: *Morbundi*, qui omnes non omninò ignoti aliis esse poterant: quos Deus sibi conservavit, & ex faucibus leonis infernalis eripuit, quemadmodum pastor duo crura, aut extremum auriculæ de ore leonis eruit, Amos 3, 12.

XLI.

Infantes per Baptismum (qui in Papatu quò ad substantialia in praxi, singulari Dei providentiâ mansit adhuc integer) Christo capiti suo inserti sunt, cui ut viva membra adhæserunt, & in hac infantili ætate, antequam malitia mutaret intellectum eorum, aut fictio deciperet animam illorum, ex mortali vita decedentes, haud dubiè salutem consequuti sunt æternam. Nam Baptismus est beneficium Ecclesiæ, & extra Ecclesiam neque est, neque administratur.

fol. 8. & in in-
m. & l. m. h.
m. or

XLII.

Regerunt nonnulli, infantes in Papatu baptisatos non posse à Papatu divelli, quia nemo dicere possit, eos in Baptismo Lutheri potius, quàm Papæ, dogmata amplecti. Respondeo: 1. nos in primis loqui de infantibus in infantili ætate, & sic ante annos discretionis ex hac vita discedentibus, quos à vera Ecclesia excludere nemo debet: & hos non ferit instantia. 2. infantes baptisantur in fidem Christi, ac per Ecclesiæ vocem profitentur fidem illam, quæ alibi non reperitur, quàm in Scripturis sanctis. Quàm diu ergò infantes adhuc sunt, in vera illa fide reperiuntur, licet eam propter ætatis defectum, explicitè profiteri nondum possint, & eatenus veræ Ecclesiæ membra sunt: utrum autem Lutheri vel Papæ fides, huic doctrinæ conformis sit, alterius est disquisitionis: nos de Lutheri doctrina certi sumus: quàm primùm ergò intellectus ipsorum in ætate adultiore alienâ doctrinâ depravatur, tunc à vera Ecclesia deficiunt, & ad Christum amplius non pertinent: nam oves meæ audiunt vocem meam, alienorum autè vocem non noverunt, inquit Salvator Joh. 10, 5.

XLIII.

Confessores voco eos, qui animosè obstiterunt abominatibus Papisticis, licet sine vitæ dispendio, non tamen sine ejus periculo: quorum sat multi fuerunt, ex omni vitæ genere. Ex literatis multos recenset Catalogus testium veritatis & Wolfius in suis centenariis, quales in primis erant, Bernhardus Abbas Clavallensis, Bernhardus Cluniacensis, Petrus Alphonsus, Hugo de S. Victore, Marsilius Patavinus, Taulerus concionator Coloniensis, Franciscus Petrarcha, Johannes Muntzinger Rector scholæ Ulmenfis, Nicolaus de Lyra, Johannes Wicleph, Autor Theologiæ germanicæ, Bronellus, Sigebertus, Johannes de Wesalia, Keiserspergius concionator Argentinenfis, Conradus Celtes, & multi alii, qui eruditis scriptis, nervosis concionibus, elegantibus, versibus & similibus modis idolomaniam Papisticam perstrinxerunt: quæ omnia huc referre longum foret.

XLIV.

In ordine politico multi fuerunt præclari Imperatores, Principes ac Episcopi, qui non minùs animosè Pontifici Romano

in me-

In medio Papatu restiterunt, qualis erat præ cæteris Fridericus
II. Imperator in Epist. 31. ad universos Prælatos, ubi Papam vo-
cat bestiam è mari adscendentem, plenam nominibus blasphem-
miæ; similia habet in epistola ad Otthonem Bavarix Ducem,
quæ apud Aventinum legitur lib. 7. Idem fecit Henricus IV. in
epistola quadam, quâ Papæ Gregorii VII. seu Hildebrandi lau-
des decantat: Ludovicus IV. Imperator Papam Johannem
XXII. Antichristum vocat apud Aventinum lib. 7. Philippus
IV. cognomento Pulcher Bonifacium II. X. Papam pro ludibrio
habuit. Similia proferre possem de Carolo V. sive Sapiente,
Galliarum Rege, de Eduardo Rege Angliæ, de Johanne Sarisbu-
riensi Episcopo Carnotensi, de Eberhardo Archiepiscopo Salis-
buriensi, de Günthero Episcopo Coloniensi, de Thergardo Epi-
scopo Trevirensi, & multis aliis. Quin & integræ Ecclesiæ Pa-
patui apertè se opposuerunt, inprimis Africana, quæ Cælestina
primatum Papæ mendaciter stabilienti restitit, & Leodiensis in
scripto contra Paschalem II. pro Henrico Imperatore, &c.

XLV.

Ex promiscuo vulgo etiam non pauci obstiterunt doctrinæ
Papisticæ, quales inprimis illi fuerunt, de quibus *Albertus Cranzius*
lib. 3. cap. 16. quod circa annum Domini 1254. quidam in Suevia
dixerint, veniam peccatorum à solo Deo expectandam & acci-
piendam, omissis Papæ & Cardinalium fictitiis indulgentiis: sed
hos esse habitos & proclamatos pro hæreticis, quemadmodum
& Johannes de Wesalia Wormatiensis & Moguntinensis Ec-
clesiastes, ob hunc & quosdam alios articulos ab inquisitoribus
Monachis Ordinum prædicatorum anno Christi 1479. Mogun-
tiæ hæreseos condemnatus est.

XLVI.

Si dixerint, plerique horum Confessorum tantùm primatui
Papæ se opposuerunt, cætera san in doctrina Papistica: scien-
dum, quòd præterquam id de omnibus dici non potest, exceptio
tamen isthæc nihil juvet Adversarios. Nam *Petrus à Soto* in ad-
sert. Cathol. pag. 137. disertè scribit: *eum cætum non esse Eccle-*
siam (scilicet Romano-Catholicam) nec partem ejus, qui Roma-
num Pontificem non agnoscit superiorem: quam adsertionem ut
pulcram, & præclaram suo calculo probat ac fideliter in-
culcat

in referre de quorundam
in epistola ad Otthonem
Bavarix Ducem, in
scripto contra Paschalem
II. pro Henrico Imperatore,
&c. p. 742.

culcat *Vitus Miletus* in brevi discussione seu defensione sexcentorum errorum Papist. contra Doctorem Heshusium pag 281. censetq; ita haectenus ipsam judicasse Ecclesiam. Unde nihil aliud colligere possumus, quam eos, qui Romanum Pontificem superiorem non agnoscunt, ad Papisticam Ecclesiam non pertinere; id quod hoc in loco demonstrare sufficit: tot enim nostri erunt, quot tunc temporis Papatui contradixerunt; nam quod cum Calvino vel alijs fortè senserint, quod insulsè nobis objicitur, frivolum est, cum neq; de nomine, neq; de fide Calvini aut aliorum recentium hereticorum tunc temporis quidquam constiterit.

XLVII.

Martyres appello, qui Papatui ad sanguinem usque restiterunt, quorum benè longus catalogus passim in historijs reperitur, ex omni ordine hominum: inter quos in primis nobilis est *Iohannes Hussus & Hieronymus Pragensis*, quos Concilium Constantiense anno Domini 1415. præter jus & fas rogo consecravit. Quibus suo merito adjungimus *Hieronymum Savanorolam* pium illum & eruditum Monachum, quem Papales flammæ anno 1498 Florentiæ consumerunt, constantissimum iustitiæ gratitiæ adertorem, & libertatis Christianæ vindicem maxime strenuum, quemadmodum in primis commentarius ejus in Psal. 51. testatur, & summa doctrinæ Savanorolianæ, propter quam Pontifici Romano (cui aliquandiu carus fuit) infensus factus est, extat in ejus vita anno Christi 1556. à Mo. Cyriaco Spangenbergio edita lit. E. & seqq.

XLIX.

De *Moribundis* nihil attinet multum verborum facere. Multas enim myriadas eorum esse credimus, si infantes recens baptisatos, confessores veritatis, martyres pios, & alios in simplicitate sua viventes ac morientes, consideramus. Dubium enim nullum est, quin multi prius Papatui toti addicti, in ipsa mortis hora, rejectis omnium operum meritis, solâ fiduciâ in Christum beatè obierint. Ita eos mori jubent multi Pontificij, ut *Agenda Moguntiaca* fol 71. *Agenda Herbipolitana* fol 94. *Agenda Salisburgensis* fol. 10. *Stanislaus Hosius* in propagatione solidè

D

Cathol.

Martyres
by Apoc
p. multorum
sanguinis
In Anglia
coeli in pulch.
John. Eustachio
1397. h. v. d. m.
calaver. sig. off.
E. ad mundum
Savanorolam
by Monach.
Florantini
Pis. p. m. g.
postea con.
Ad m. m. m. p.
d. m. p. d. g. m. p.
by v. d. m. p.

Cathol. doctrinae lib 5. in fine, & in confessione fid. Cathol. c. 11.
ut & alij, quorum sententias contraxit *Martinus Eisengrein*
Professor Ingolstadiensis in libro germanico, de certitudine gra-
tia, & quomodo in Papatu erigantur moribundi. Qui liber Ingolstadij
cum approbatione Collegij Theologici impressus est, postea
verò inter libros à Papali Ecclesià prohibitos rejectus; usque
ad ò veritas odium parit, & furiosa Antichristi Synagoga in
sua propria viscera sevit.

XLIX.

Exempla hujusmodi moribundorum in Papatu repe-
riuntur in historiis Tria tantum satis illustria personarum il-
lustrum hinc adscribam. Testatur *Clemens Schevv* diaconus Ec-
clesiæ Islebienensis, pro ut in Catal. test. verit. refertur tom. 2. lib.
19. mihi pag. 905. & à *Wolffio* in præfat. tomi primi Centenari-
orum ferè sub finem repetitur, se adstitisse *Ernesto* olim Archi-
episcopo Magdeburgensi (cujus tum capellanus erat) unà cum
duobus Franciscanis, in Salinis morienti: quorum alter ad
Archiepiscopum dixerit: *Esto bono animo, inclyte Princeps; nos o-*
mnia non tantum nostra, sed & totius Minoritarum ordinis bona opera tue
Celsitudini communicabimus: non est dubium, quin illis acceptis coram Deò
consistas tribunali justus & beatus: respondisse verò Archiepisco-
pum: Mein ich trawen/ ich begehre ewer Werck nirgend zu/ mei-
nes HERRN Christi Werck müßens allein thun/ darauff verlaß
ich mich: id est: Nullo modo nec meis, nec vestris operibus ego confidam,
sed solius mihi Christi opera sufficient.

L.

De *Carolo V.* Imperatore scribit Secretarius *Panli V.* Pon-
tificis Act. 2. An decreta Concilij Trident. armis imperand. protestanti-
bus, *Toletanum* Episcopum ipsi Pontifici scripsisse, *Carolum*
morientem dixisse, sibi videri veram esse Lutheranorum de
Justificatione sententiam. Id ipsum affirmat *Gerardus Busdr.*
Episcopus Argolicensis in epist. ad Cardinalem quendam,
anno 1558. scripta. *Ex his hoc opte span tom. 1. Commun. Wolffij.*

LI.

Thuanus lib. 21. Histor. de *Maximiliano II.* Imperato-
re laudatissimo narrat, quod, cum in agone mortis constitu-

tus

nto pia Caroli V.
Thuan. lib. 14.
et dicitur in
Thuanus.

tus esset, eumque Episcopus Neapolitanus *D. Lambertus Graterus*
d. 12. Octobr. anno 1576. conveniret, eum intromittere nolue-
rit, nisi prius spondeat, se de nulla aliâ re verba facturû, quàm
de Christi merito & sanguineo sudore. Præstitit id Episcopus,
& de Christi beneficiis elegantem & cōsolatione plenam orati-
nem habuit, cumque Imperator rogaretur, an in hac fide &
cōsolatione velit ex hac vita discedere, respondit: *Non aliter
faciam.*

LII.

Hujusmodi certè multi fuerunt ante Lutherum in Pa-
patu, qui in ultimâ illa mortis horâ gravissimas tentationes,
& horrorem mortis alia ratione pellere non potuerunt, quàm
meditatione mortis Christi; qualis fuit, pius ille Monachus
Martinus Threnzinguus, qui cum in *Paulino Lipsiensi*, anno 1473.
letaliter decumberet, & ab Abbate suo interrogaretur, qua-
nam in re cordis sui fiduciam in ultimo agone ponere vellet,
respondit, *se quidem illiteratum esse, sed cum fratres ceteri horas suas
cantillant, aut psalterium legunt, se interim partem aliquam ex historia pas-
sionis Dominice meditari, Christoq; Redemptori suo gratias agere, & cum
Davide dicere ex Psal. 71. non cognovi literaturam, introibo in potentiâ Do-
mini, memorabor, Domine, justitia tua solius.* Simile quid de *D. Creut-
zenach* legitur, qui multas legerat missas, plurimum jejunave-
rat, ædes sacras extruxerat, in agone mortis constitutus singu-
la bonorum operum genera in memoriam sibi revocabat, ani-
madvertens autem, nullo eorum conscientiam pacatam red-
di posse, subjiciebat tandem: *Si nihil quidquam horum auxilio mihi
esse potest, auxilietur illud: Miserere mei Domine, propter dilectum Filium
tuum, Mediatorem meum.*

LIII.

Et hi sunt quatuor illi ordines in medio cætu Pontifi-
ciorum, quorum fides & confessio à Papatu aliena,
D 2 nostræ

*qualis fuit
7 quomodo
infirmitas vi*



nostræq; doctrinæ ὁμολογηθεῖς obscura esse non potuit. Neq; refert, quod nomina singulorū recensere non possumus, cum constet, quanto studio Romanenses nomen, libros & monumenta eorum, qui Romanæ sedi obstitērunt, unā cum memoriā suppressere laborārint: & non paucos jam nominavimus, singulorum nomina Deo nota sunt, qui jam olim candidatum hunc exercitum suorum electorum in medio dominatu Antichristi conservatum D. Johanni monstravit, exercitum nimiram quadraginta quatuor millium habentium nomen Patris celestis in frontibus suis, Apoc. 14. 1.

LIV.

Porro extra cœtum Pontificiorum Ecclesiam veram monstramus, primū in Ecclesijs ab Apostolis fundatis, Romana, Corinthiaca, Ephesina, Thessalonicensi, Galatica &c. cum quibus Ecclesiarum nostrarum doctrinam ex asse congruere, intrepidè affirmamus. Quin & jam tum in Concilio Apostolorum Hierosolymis confessio nostra de justificatione gratuita absq; operum meritis fuit canonisata Act. cap. 15.

LV.

Deinde in S. Patribus, qui ductum Scripturæ Apostolicæ secuti multos Pontificiorum errores ex professo refutarunt, etiamsi & ipsi ex vitio seculi in quibusdam interdum exorbitarint. *Dionysius* missas privatas & communionis signorum mutilationem & transubstantiationem damnat. *Liturgia*, quæ adscribuntur Jacobo fratri Domini, Clementi, Basilio, Chrysostomo, missas privatas, panis adorationem, reservationem, circumgestationem, communionis mutilationem, sacrificium propitiatorium à Pontificijs confectum, damnant. *Canones Apostolorum* æqualitatem faciunt inter Archiepiscopum & Episcopum, primatum Papæ non agnoscunt, sacerdotibus uxores permittunt, eosq; qui volunt carnes edere religionis causa, anathematizant. *Ignatius* errorem transubstantiationis & communionis sub una specie, missasq; privatas refutat. Et quorsum opus est recensere singula? in omnium manibus est Catalogus testium veritatis, ubi patrum sententia de Papatu & papalibus dogmatibus diligenter consignatur,

*Est autem
scriptura
ambrosii
in missa
hinc qui dicit
transubstantiationem
Ecclie, ut dicitur
Chrysostomus.*

Tertiè

Tertiò veram Ecclesiam, ferventibus pontificum Romanorum abominationibus, monstramus in oriente, quò Antichristi tyrannis non pervenit. Nam Græci vel Romanum Pontificem pro capite Ecclesiæ nunquam agnoverunt: vel ab eo se manifestè separârunt, quod ad demonstrandum dissensum à Papisticâ Ecclesiâ sufficere, supra ex Petro à Soto audivimus. De Johanne XXII. pecuniosissimo Papa scribit *Johannes Mandevilla lib. 1. c. 7.* eum prolixè & ampullosis verbis ad Græcos scripsisse, sub annum Christi 1306 unicam tantum esse Ecclesiam, unicumq; ejus caput, nempe se, Christi vicarium, petiturosq; omnes, si tam præclaro capiti non adhæserint: quare monuisse, ut quamprimum resipiscant, & obediant. Verùm Græcos breviter respondisse: *Potentiam tuam summam erga tuos subditos firmiter credimus: superbiam tuam summam tolerare non possumus; avaritiam tuam satiare non valemus: Diabolus tecum, quia Dominus nobiscum.* Simile quid recenset *Ranulphus* in polychronico lib. 5. cap. 28. Ecclesias græcorum Romanis postulantibus, ut ad Ecclesiæ veritatem redirent, rescripsisse: *Quia vos à nobis vos subtraxistis; ideo & nos à vobis nos subtraximus.*

Huc pertinet, quod Patriarcha Constantinopolitanus quotannis Dominica Invocavit Romanum Pontificem cum totâ suâ Ecclesiâ solenni ritu tanquam schismaticum inter alios hereticos excommunicat: & si quæ Græcorum foemina nubit Italo vel Hispano, non tam nationum quàm Ecclesiæ diversæ odio, excommunicari dicitur. Ob quam dissensionem Pontificij in græcos subinde invehuntur. Multi comparant Ecclesiam regno Samariæ, quod separavit se à vero templo, & tandem in perpetuam captivitatem abductum est, dicente *Bellarmino* lib. 2. de Christo c. 30. *Sebastianus Heissius* in discursu trium quæst. de Ecclesia pag. 30. vocat Græcos schismaticos & hereticos: eodem epitheto eos ornat

Costerus in *Enchir.* cap. 3. *Prateolus* in *Elencho* hæret. vocat eos duræ cervicis, superciliosos atq; arrogantes, & octodecim græcorum hæreses recenset. Ex quibus omnibus liquet, Græcos ad Romanam Ecclesiam non pertinere.

LIIIX.

Sed regerunt, eos etiam ad nostram Ecclesiam non pertinere, ac proinde frustra nos ad Græcorum Ecclesiam provocare, quia ea nunquam in doctrinâ nobis fuerit ὁμόψητος; quin & ex *Sueggeri* Theologi Norici *Itinerario* lib. 2. cap. 62. obijciunt, Græcos in articulis de fide & bonis operibus, de septem Sacramentis, de purgatorio, de Missâ, plane & plenè cum Papistis conspirare.

LIX.

Ad quod sciendum est primùm, nos non ideo ad Ecclesias græcas provocare, quasi similis planè sit utrobique conformitas in doctrinâ, verùm in primis, ut ostendatur, Antichristum Romanum nunquam superioribus sæculis pro capite Ecclesiæ, & vicario Christi per totum orbem agnitum; sed fuisse in Oriente plurimas Ecclesias, quæ Papæ, ut Antichristo, contradixerunt. Veram autem in Oriente mansisse Ecclesiam, vel inde constat; quod Baptismus (qui extra veram Ecclesiam non est) ibi legitimè in suis substantialibus administratur: idcirco baptisati apud Græcos in Papatu non rebaptisantur.

LX.

Deinde, non negamus, Ecclesiam græcam ab omni errore non semper fuisse immunem. Distinguimus autem inter tempora. Priorem illam vetustatem Græcam, in qua vixerunt illa Ecclesiæ lumina, Cyrillus, Nazianzenus, Athanasius, & alij, per omnia nobis fuisse in fide ὁμόψητον, intrepidè asserimus. Postea in Concilio Florentino sub Papa Eugenio IV. anno 1439. celebrato Græci nonnullos Romanensium errores approbarunt ac receperunt; ideo pontificij quoque Græcorum doctrinam mutatam fuisse, fatentur. Certum tamen est, quod in quamplurimis, ijsq; præcipuis fidei articulis Græci magis ad nostram, quam Romanensium Ecclesiam accedant.

Prima-

*Idem in Pistori
in Index cap.
4. pag. 138.*

LXI.

Primatum papæ nunquam cōmuni consensu concesserunt, purgatorium nunquam probarunt, nunquam privatas missas, nunquam vigiliis pro mortuis, nunquam indulgentias, nunquam communionem sub unâ specie, nunquam statuarum, adorationem & alia similia. Et constat ex hist. tripartita lib. 9. cap. 35. quod in Orientali Ecclesia usus confessionis auricularis propter stupratam quandam nobilissimam matronam à Diacono in Confessione, penitus abrogatus fuit. Unde ipsum etiam Jus Canonicum de pœnitentia dist. 5. cap. 1. sic habet: *Necessaria est confessio in mortalibus apud nos: apud græcos verò Nō, quia nō emanavit apud illos talis traditio.* Præterea in volumine inquisitionū Emerici Basileæ recōdito hi errores Græcis tribuuntur, referēte Flacio in Catal. test. ver. quod sancti non sint invocandi, nec diva virgo, quia unus sit mediator Christus: quod soli Deo peccata confiteri debeamus: quod satisfactiones quæ à sacerdotibus papæ imponuntur, sint repræhensibiles: quod omnium ciborum, uti carnis & aliorum usus, sit quavis die licitus: quod vota monastica non sint pia: quod adorare & osculari crucem sit stultum & impium: quod miracula sanctorum sint falsa: quod damnent aquam benedictam: quod tantum valeat aqua fluvialis in Baptismo, quantum consecrata: quod decreta & constitutiones paparum audiendæ non sint, nec servandæ. Hæc omnia cum apud nos quoque doceantur, contra papatum, nemo est, qui non videat, quam proximè ad nos accedat Ecclesia græca.

LXII.

Certè quò ad hodiernam Ecclesiam Orientalem, satis luculenta ejus extant testimonia, quibus Ecclesiæ nostræ libellum Symbolicum, nempe Augustanam Confessionem in græcam linguam à nostratibus conversam, & censuræ præcipuorum in Græcia Patriarcharum exhibitam, magnopere approbatam atque collaudatam fuisse evincitur, id quod ex Actis Theologorum Wirtenbergensium & Patriarchæ Constantinopolitani Jeremiæ, anno 1584. editis, manifestè patet.

Quæ

LXIII.

Quæ cum ita sint, rectè facimus, quod Lutheranam Ecclesiam etiam apud Græcos monstramus, durante Papatu, licet ea non ex omni planè parte fuerit pura: fit enim, quod in Græcorum est proverbio: *νοσῶσιν ἡρώεης, καὶ νοσῶσι τὸ τῷ Θεῷ.* Perperam autem *Stanislaus Socolovius*, Stephani Regis Poloniae Theologus, in scripto quodam de Responso patriarchæ Constantinopolitani, gloriatur de incredibili consensu Ecclesiarum Orientalis & Occidentalis. Qui consensus verè est incredibilis, nam nec ipsa historia, nec plerique ex pontificijs admittunt, ut credatur, quemadmodum ex ijs, quæ jam diximus, liquet.

LXIV.

Restant postremo loco *Valdenses*, seu pauperes de Lugduno, vel Leonistæ, vel Insabbatati (ita enim per contemptum nominati fuerunt) in quibus etiam veram ostendimus Ecclesiam, durante papatu. Habuerunt hi nomen à quodam *Petro Valdo* cive Lugdunense primario, qui qua occasione circa annum Christi 1160. sacras literas propagare & regno pontificio se opponere cœperit, in *Catal. test. ver. legi potest part. 2. lib. 15.* Floruit ipsorum doctrina imprimis apud Thaboritas in Bohemia circa annum Christi 1431. *Anea Sylvio teste* in *hist. Bohem. cap. 35.* Et quæ habuerint doctrinæ capita, prolixè exponit. *Catal. test. verit. l. d.* quæ in omnibus & ad amissim cum nostrarum Ecclesiarum confessione consentiunt: & in genere *Sleidanus* historicus imperiali autoritate fide dignissimus, de ipsis scribit *lib. 16.* quod *vetustâ consuetudine neque Pontificem Romanum agnoscant, & aliquantò puriorem semper habuerint doctrinam, & postquam Lutherus innotuit, ampliorem sibi cognitionem avidè comparant.* Quod si cui errori obnoxij fuerunt, non propterea nostri esse desierunt: multa enim ex vitiosâ consuetudine & infirmitate animi retinentur, quæ tamen societatem fidei non rumpunt, qualia passim in patrum scriptis, imò etiam in pontificiorum & nostrorum Theologorum libris reperiuntur.

Pro

LXV.

Pro nostrâ sententiâ imprimis facit, quod *Poplinerius* homo pontificius (qui à *Genebrardo* vocatur vir candidus, & qui purè ac simpliciter ad historiæ veritatem, non ad causæ gratiâ cuncta narraverit) in *hist. Fr. l. 1. edit. an. 1581. f. 7. 6.* doctrinâ Waldensium parum differre dicit, ab ea, quam hodiè Protestantes profitentur. Quam ob causam à *Campiano*, *ration. 3. de Nat. Eccles. Majores nostri* vocantur, & à *F. Reinerio Sachonio* c. 4. libri sui cont. Waldenses, omnia de Deo credere dicuntur, & omnes articulos, qui in Symbolo continentur, solummodò Romanam Ecclesiam blasphemant (inquit) & Clerum. Quod testimonium scriptoris Pontificij, & omnium Waldensium hostis in precio meritò habemus.

LXVI.

Sed Waldenses fuerunt Calviniani, ajunt nonnulli; ergo ad ipsorû Ecclesiam perperâ provocamus. Verum demus ita se habere. In eo tamè rectè ad ipsos provocamus quod, ut Adversarij etiam fatentur, Romanam, hoc est, Pontificiam Ecclesiam blasphemant, seu ut rectius dicam, jure meritoque suo damnant, ut Synagogam Antichristi, quo nomine è Societate nostra excludi nequeunt. Nondum autem de omnibus simpliciter Waldensibus probatum est, quòd Calviniani fuerint. Nam veteres illos, qui sub spississimis tenebris Papatus ante Lutherum adhuc vixerunt, planè nostros fuisse, collatio doctrinæ Waldensium illorum & nostræ, quæ apud *Flacium in Catal. test. verit. extat*, abundè docet: ideo *Flacius* scribere non dubitat: *Ego Thaboritarum confessionem anno 1431. scriptam habeo penitus cum nostra doctrina consentientem, validissimis argumentis subnixam.* Summam doctrinæ à Waldensibus illis propagatæ recitat *Mornæus* in *Myster. iniq. mihi pag. 733* & *Balth. Lydius* in suis Waldensibus, uterque Calvinianus, in qua nihil Calvinismi apparet, nisi verba quædam torqueantur.

LXVII.

Quod si recentiores illi, qui circa tempora Lutheri in Galliâ potissimùm floruerunt, persecutionis metu ad Calvinianorum castra fortè secesserunt, nihil nobis obest, quibus propositum est Ecclesiam veram ante tempora Lutheri ostendere.

E

Sed

floruit sic hinc
ann. 1250, in
scribit: Inno 80
vel forte 85
Dei, quæ pauperum
vultu dicitur: pro
tinnior: qdâ die
vit à tempore sibi
cum à tempore h
ja & gratior: ferè
na, in qua hinc scilicet
hinc hinc magna s
habent

Mornæus inq. mihi
pag. 733 & Balth. Lydius
in suis Waldensibus.

Sed neque hoc probatum adhuc est, quod Waldenses recentiores à doctrina Lutheri dissenserint. Evincere hoc conantur Calviniani, in articulo de cœnâ, in quo confessionem Waldensium cum confessione Helvetiorum consentire fingunt: sed fingunt tantum. Nusquam enim monstrare possunt, quod Waldenses veram corporis Christi præsentiam in cœnâ negent, & spiritualement tantum, seu metonymicam, agnoscant.

LXIIIX.

Contrarium patet ex illa confessione Waldensium, quam B. Lutherus anno 1533. præfatione ornavit, quæ primùm Tigurina edita est, sed corrupta, postea Wittebergæ repetita, cum præfatione Lutheri, & cum Augustani quærent, utram editionem Waldenses præferrent, responderunt, *Wittebergensem*, ut habetur in *præfat. Confess. apud Lydium pag. 104. Waldensium*. De ea confessione scribit Lutherus *tom. 6. Jen. germ. fol. 113.* quod quidem obduriores nonnullas locutiones, aliquã de ipsis suspensionem conceperit, quasi veram & realem corporis Christi præsentiam in Cœna negent: sed habito cum ipsis colloquio, ait, reperisse se diversas quidem phrasas propter transubstantiationem, & opus operatum Papisticum; in fundamento verò fidei consentientes, quòd nimirum in Sacramento verum Christi corpus & verus ejus sanguis adsit & distribuatur. Idem eis testimonium perhibet in epistolâ ad ipsos scriptâ *tom. 2. Jen. fol. 200.* Aliàs Lutherus ipse in eadem præfatione non diffidet, se non omnes Waldensium phrasas approbare posse, neque ipsos ad conformitatem in phrasi cogere velle, sufficere autem consensum in re, donec Deus in reliquis etiam animos conjungat.

LXIX.

Ostendimus ergò hæctenus cœtus aliquot distinctos & in medio Papatu, & extra eum, qui nobis, quò ad præcipua capita, in doctrina *ὁμολογητοί*, & Papatus hostes fuerunt, etiam antequam B. Lutheri nomen innotesceret. Unde invictâ consequentiâ inferimus, Ecclesiam nostram, quam ab Instauratore ejus, Lutheranam vocamus, non esse novam, sed quamplures habuisse, qui ei nomina sua dederunt, & antequam de Papatu quidquam constaret, & cum Papatus summam tyrannidem exerceret:

ret: neque dubitamus, Deum subinde adhuc exuscitatu-
ros alios quos, qui Synagogæ isti malignantium masculè sint obviam
ituri, donec iniquus ille filius perditionis interficiatur Spiritu
oris Christi, & illustratione adventus sui destruat, 2. Thess. 2, 8.

LXX.

Neque quenquam ex cordatis movere debent aniles illæ
Adversariorum lamentationes, quod Lutherana Ecclesiæ
defecerint à Papatu. Non enim omnis defectio vel ἀποστασία
est in vitio. Jubet nos Dominus deficere à traditionibus patrum
verbo suo contrarijs Ezech. 20, 18. jubet nos exire à Babylone,
quam Hieronymus Romam intelligendam docet, Apoc. 18, 4.
quin & Apostoli à Pontificibus & Scribis, qui in legitima
vocatione & ordinaria successione erant, defecerunt. Igitur
ea demum damnata est defectio, cum à Deo agnito, ejusque
verbo, religione sincerâ, cultibus divinitus institutis, adeoque
à verâ Christi Ecclesiâ, vel novitatis studio, vel turpis lucri
aut honorum gratiâ deficitur; quo sensu Pontificij à nostra
potius, hoc est, à verè Apostolicâ Ecclesiâ defecerunt, quam
nos ab ipsis.

LXXI.

Non enim hîc de personâ Lutheri, non de urbe Româ
quæstio est, sed de doctrinâ Christi & Apostolorum; quam
quicumque deserit, Ecclesiam veram deseruisse dicendus est.
Nam, ut hoc de suo mihi largiatur Hieronymus de Arianis
agens; non in parietibus consistit Ecclesiâ, sed in dogmatum veritate;
Ecclesia ibi est, ubi vera fides est. Ante annos quindecim aut viginti
(centum forte) parietes omnes Ecclesiarum hæretici (Hierony-
mo Ariani, nobis Pontificij) possidebant; Ecclesia autem vera illis
erat, ubi vera fides erat. Et ut Chrysostomus loquitur: Non ille de
Ecclesiâ exire videtur, qui corporaliter exit, sed qui spiritualiter veritatis
Ecclesiasticæ fundamenta relinquit. Nos ab illis eximus loco, illi à nobis fide:
nos apud illos relinquimus fundamenta parietum, illi apud nos relinque-
runt fundamenta scripturarum.

in psal.

LXXII.

Hæc ergo est demonstratio nostra, quod vera Ecclesia
etiam ante Lutheri tempora fuerit: quæ cum sub tyrannico

E 2

jugo

jugo Antichristi Rōmani ad tempus verè longum pressa latuerit,
& jam præterito seculo fidei ministerio Lutheri feliciter in-
staurata, & è tenebris quasi eruta sit, ideo imperitis nova vide-
tur. Sciunt autē Sapientes, etiam antiquum esse novum, si ante se
habeat aliquid antiquius. Nostram verò Ecclesiam ab omni
novitatis nota facile liberabimus, quia eam cum antiquissimâ
Christi & Apōstolorum fide convenire certò persuasi sumus,
& ad probandum omni tempore parati. Id autem est verius,
quod prius; id prius quod ab initio, id ab initio, quod ab A-
pōstolis, scribit Tertullianus.

LXXIII.

DEO nostro summè misericordie sit honor, laus & gra-
tiarum actio, quòd per fidele ministerium Beati Lutheri Ec-
clesiam suam satis diu pressam à tyrannide pontificia, tanquam
ex fornace ferrea liberavit, eamque in dulcissimâ nostrâ patria
Germaniâ imprimis florere voluit: quo nomine ipsi hoc an-
no seculari meritò cantamus hymnum & jubilum; devo-
tis animi suspirijs ingemiscetes, ut in posterum quoque sibi
hunc cætum in quo invocatur nomen ejus, habeat quam com-
mendatissimum, Spiritu veritatis eum regat, pace ac tranquil-
litate beet, ab omni malo protegat, & intemeratam adferam
usque, si qua futura est, posteritatem propaget. DEUS virtu-
tum convertere, respice de cælo, & vide, & visita vineam tu-
am quam plantavit dextera tua. Fiat manus tua super virum
dexteræ tuæ, & super filium hominis, quem confirmasti tibi;
& non discedemus à te: vivificabis nos, & nomen tuum
invocabimus, Domine Deus virtutum converte
nos, ostende faciem tuam, & salvi
erimus. Amen.

ERRATA.

*Thef. 3. lin. 8. lege, istas calumnias. th. 6. lin. 5. verbo, th. 7. l. 14. man-
datam th. 16. Audianis, th. 24, l. 17. campanarum.*

05 A 2063

ULB Halle
003 784 746

3




1077

pd.







SOLENNIS
CHRISTI
ANTE TEM-
PERI, DURAN-
TIA TU.
*ante Spiritu Domini, in
Vittebergensi,*
SIDIO
ALDUINI S S.
ofessoris, Pastoris &
dentis.
*di gradum Doctora-
debit*
S GILBERTUS
clesiæ Anasinae in Austria
e Pastor.
4. Julii anno 1617.
ERGÆ
an imprimebat.